Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



IOHAN

Nemo potest uenire ad me. nisi
pater qui misit me traxerit illum.
Et ego resuscitabo eum in nouissimo
die. Est scriptum in prophetis. Erunt
omnes docibiles dei. Omnis qui au
dierit a patre. et didicerit. uenit ad me.
Non quia patrem uidit quisquam. ni
si qui est a deo. hic uidit patrem. Am
amen dico uobis: qui credit in me
habet uitam eternam. Ego sum panis
uite. Patres uri manducauerunt
manna in deserto. et mortui sunt. Hic
est panis de celo descendens: ut si qui
ex ipo manducauerit non moriatur.
Ego sum panis uiuus. qui de celo
descendi. Si quis manducauerit ex
hoc pane: uiuet in eternum. Et panis
quem ego dabo caro mea est pro mundi
uita. Litigabant ergo iudei ad in
uicem dicentes. Quomodo potest hic
nobis carnem suam dare ad mandu
candum. Dixit ergo eis ihs. Amen
amen dico uobis: nisi manducaueri
tis carnem filii hominis. et biberitis eius
sanguinem: non habebitis uitam in uobis.
Qui manducat carnem meam. et bi
bit meum sanguinem: habet uitam
eternam. Et ego resuscitabo eum in no
uissimo die. Caro enim mea ue est
cibus: et sanguis meus ue est potus.
Qui manducat carnem meam. et bibit
meum sanguinem: in me manet. et ego
in illo. Sicut misit me uiuens pater
et ego uiuo propter patrem. Et qui man
ducat me. et ipse uiuet propter me. Hic
est panis qui de celo descendit: non
sicut manducauerunt patres uri man
na. et mortui sunt. Qui manducat
hunc panem: uiuet in eternum. Hoc
dixit in synagoga docens in caphar
naum. Multi ergo audientes ex
discipulis eius dixerunt. Durus est
hic sermo: et quis potest eum audire.
Sciens autem ihs apud semetipsum. quia
murmurarent de hoc discipuli eius.
dixit eis. Hoc uos scandalizat.
Si ergo uideritis filium hominis ascende
tem ubi prius erat. Spiritus est qui ui
uificat: caro non prodest quicquam.
Verba que ego locutus sum uobis.
spiritus et uita sunt. Sed sunt quidam de
uobis qui non credunt. Sciebat enim
ab initio ihs. qui essent non credentes.
et quis traditurus esset eum: et dicebat.
Propterea dixi uobis. quia nemo
potest uenire ad me. nisi fuerit ei
datum desuper a patre meo. Ex hoc mul
ti discipuli eius abierunt retro: et
iam cum illo non ambulabant. Dixit
ergo ihs ad duodecim. Numquid et uos
uultis abire. Respondit ei symon pe
trus. Domine ad quem ibimus. Verba
uite eterne habes: et nos cognouimus et
credimus. quia tu es xpis filius dei
uiui. Respondit ergo ei ihs. Nonne
ego uos duodecim elegi. Et unus ex
uobis diabolus est. Dicebat autem de
iuda simonis scariothis. Hic enim
erat traditurus eum. cum esset unus ex xii.

Post hec autem ambu - vii.
labat ihs in galileam. Non
enim uolebat in iudeam am
bulare: quia uolebant eum iudei
interficere. Erat autem in proximo dies
festus iudeorum scenophegia. Dixe
runt autem ad eum fres eius. Transi
hinc et uade in iudeam: ut et discipuli
tui uideant opa tua que facis. Ne
mo quippe in occulto aliquid facit.
et querit ipse in palam esse. Si hec fa
cis: manifesta te ipsum mundo. Neque
enim fres eius credebant in eum. Dixit